N. 355.

CURRENDA I.



A. D. 1866.

N. præs. 5.

Vigiliæ penes templa nocturnæ serio inculcantur, atq. Ven. Clero, judicibus et militibus securitatis inspectio commendatur, imo demandatur.

Hæc incultatio et demandatio eruitur e sequenti Exc. C. R. Præsidii Locumtenentiæ Leopol. de 9. Jan. 1866 N. 129. Circulari, quod ita sonat:

„In der letzten Zeit sind wiederholt Einbruchsdiebstähle in Kirchen auf dem Lande zur Nachtzeit versucht, zum Theile auch ausgeführt worden, wobei mitunter namhafte Beträge an Kirchengeldern nnd Werthsachen, entwendet wurden. Derartige verbrecherische Anfälle werden dadurch ermöglicht oder erleichtert, daß die gesetzlich vorgeschriebenen Nachtwachen bei Kirchen gar nicht, oder doch nicht gehörig gehandhabt werden, weit hiezu oft nicht verläßliche Leute verwendet, oder die Wächter in der Ausübung ihres Dienstes nicht kontrollirt, sondern sich selbst überlaßen werden. Nachdem die betreffenden Ortsseelsorger zunächst dazu berufen sind, sich durch öftere unvermuthete Nachschau die Überzeugung zu verschaffen, daß die ihrer unmittelbaren Obhut anvertrauten Kirchen zur Nachtzeit von Seite der hiezu verpflichteten Gemeinden gehörig bewacht werden, so dürfte sich das hochwürdige Ordinariat veranlaßt finden, auf den unterstehenden Klerus in dieser Richtung den nöthigen Einfluß zu nehmen, und demselben ans Herz zu legen, daß er dieser Obliegenheit nachhaltig nachkomme, und über wahrgenommene Vernachlässigungen oder eine nicht gehörige Handhabung der Nachtwachen dem betreffenden Bezirksamte die Anzeige erstatte.

Andererseits liegt es aber auch in der instruktionsmäßigen Verpflichtung der Ortsrichter, darauf zu sehen, daß die Nacht-Wachen entsprechend eingerichtet und besorgt werden.

Es werden deßhalb sämmtliche Bezirks-Vorsteher gleichzeitig aufgefordert, die Ortsrichter an die genaue und nachhaltige Erfüllung dieser Obliegenheit nachdrücklichst zu erinnern, und die Vorsorge zu treffen, daß die genaue Handhabung der Nachtwachen bei den Kirchen auch durch die k. k. Gensdarmerie gelegenheitlich der Patrouillengänge kontrollirt werde.

Zugleich wird denselben zur Pflicht gemacht, vorkommende Anzeigen über die Vernachläßigung oder nicht gehörige Handhabung der Nachtwachen mit aller Beschleunigung nach der ganzen Strenge des Gesetzes zu behandeln.

Hievon wird dem hochwürdigen Ordinariate die Mittheilung gemacht."

His conformiter ac relute ad N. 3662 Currendæ XVIII. 1865. Ven. Clerus, utpote

custos rerum ecclesiæ et beneficii, quoad vigilias omnem movebit lapidem, abscondetque pretiosiora in abditis... eo magis, quum noviter in Zbyszyce rapina sacrislega perpetrata sit. Ad vigilias obligati in Domino obsecrentur, ut eas fideliter agant, nam alias ad resarciendum damnum obstringerentur. Tarnoviæ die 15. Jan. 1866.

N. 208.

Collectiones pro 9 Communitatibus Feistenberg, St. Egidy, St. Ursula, Wersowitze, Heil. Geist, St. Bartholomy, Oberlasza, Plankenstein et Seizdorf in Styria, damna ob grandinem passis... expetuntur.

Infortunium ipsarum in Circulari Exc. C. R. Locumtenent. Commissionis Cracov. de 2. Jan. 1866 N. 35654. infra impresso depingitur succursusque imploratur... his verbis: „Die Gemeinden Feistenberg, St. Egidy, St. Ursula, Wesowitze, heil. Geist, St. Bartholomy, Oberlascha, Plankenstein und Seizdorf des Bezirkes Gonobitz in Steiermark wurden am 4. und 10. August 1865 wiederholt von Hagelschäden heimgesucht, wodurch die ganze Sommer- und Weinfechsung zerstört und auch selbst die Aussicht auf einen Ertrag des Weinbaues für die nächsten Jahre benommen wurde.

Der durch diesen zweimaligen Hagelschlag den Bewohnern jener Gegend zugegangene Schaden beziffert sich auf beiläufig 200.000 fl. und es wurden hiedurch jene Gemeinden um so härter getroffen, als auch die Winterfrucht wegen der hohen zu lange liegen gebliebenen Schneedecke nur einen höchst geringen Ertrag lieferte, und manche jener Gemeinden auch in den früheren Jahren von Hagelschäden getroffen worden sind, wodurch ein Nothstand erzeugt wurde, welcher selbst die Beschaffung des erforderlichen Samens zum Anbaue des Wintergetreides unmöglich machte.

Zur Linderung dieses in der jetzigen Winterszeit doppelt fühlbaren Nothstandes hat des hohe k. k. Staatsministerium mit Erlaß vom 12. Dezember 1865 Z. 24252/2540 in diesem Verwaltungsgebiete die Einleitung milder Sammlungen bewilliget.

Hievon werden Euer Wolgeboren mit dem Beisatze in die Kenntniß gesetzt, auf ein ergiebiges Erträgniß nach Thunlichkeit hinzuwirken, und die eingesammelten Beträge unmittelbar der k. k. Statthalterei in Gratz einzusenden."

Ven. Clerus populusque Ejus fidelis nonquam non pronus ad misericordiae opera exercenda, modo quoque officio charitatis haud deesse permittet, collectionemque instituet ac resultatum *paulo post* ad Nos pertingere faciet. Tarnoviæ die 12. Jan. 1866.

N. 305

Quadragesima — tempus jejunii et pœnitentiæ &c.

Non ita pridem, nam I. Dominica Adventus Ecclesia suum inchoavit annum, in cujus exordio hæc Mater nostra verbis teneris, attestante divino Breviarii Officio allequebatur

nos: *Fratres! hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim proprior est nostra salus, quam cum credidimus. Rom 13.* atq. suos fideles ad pœnitentiam in oratione, jejunio, præparatione ad festa ventura per mentis renovationem, confessionemve, ac demum in desiderio unionis cum Salvatore, quondam nato-et modo pro cibo nobis dato, invitabat Doctoris ejusdem verbis: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus: non in commessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis; non in contentione et aemulatione: sed induimini Dominum Jesum Xtum. Rom. 13.* Ad omne Breviarii *Benedictus* &c. acclamabat nobis: *Parate vias Domini, rectas facite semitas ejus* - et rursus ad *Magnificat* suspiria ex ore nostro eliciebat: *Rorate cœli desuper et nubes pluant justum &c.*

Hæc eadem Mater, desiderio nos salvandi perenni flagrans, quo majorem suæ invitationi gravitatem conciliaret, tubam Archangeli, mirum spargentem sonum, per sepulchra regionum, in auribus fidelium resonare fecit, atq. Salvatorem nunc sub velamento cum benedictionibus apud nos inhabitantem, exhibuit oculis nostris *in nube*, *venientem* cum signo redemptionis, cinctum angelis, *cum potestate magna et majestate*, *praeuntibus signis in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluctuum Luc. 21.* ante cujus *tribunal nos manifestari oportet*, *ut referat unusquisque propria.... prout gessit*, *sive bonum sive malum*, *II. ad Cor. 5.*

Vos Fratres in Christo Dilectissimi! jam I. Adventus Dominica fideles attentos reddidistis ad Domini *Adventum quintuplicem; Adventum* Ejus per 4000 annorum per Patriarchas, Prophetas et populum fidelem anhelatum, *adventum* Filii Dei in carne — *adventum* Ejus sub speciebus panis et vini, demum *adventum* post cujusvis mortem ad judicium particulare, et *adventum* in summa majestate ad judicium extremum.

Ter quaterq. beati, qui vocem Matris tantae secuti ad festa elapsa Xtum, illum Judicem futurum, in cordibus suis natum, persentiscentes, laetabundi concentum: *Gloria in exelsis....* perceperunt! Verum enim vero, quia citra illas Matris Esiae obtestationes ac cordium consolidationes *et justus septies in die cadit*; *Prov. 24. 16.* quia injusti majoribus in dies laqueis irretiuntur, divinamq. justitiam ad vindictam provocant: Esia eadem aliud idq. longius temporis spatium, spatium 40. dierum jejunio Xti in deserto sacratum, pro reparanda salute nostra mox praefiget. *Ecce nunc tempus acceptabile! ecce nunc dies salutis. 2. Cor. 6.* Sponsa Xti... nos affabiliter alloquetur. Vox vocum exuberans vocem Moysis nuntiantis Hebraeis libertatem, in servitute Egypti ingemiscentibus! O Vos duces populi, alteri Moyses, vocati ad educendum populum in libertatem filiorum Dei; sed per mare rubrum, per desertum, per pugnam cum Chananeis, perpendite muneris gravitatem. *Ecce dies salutis!* sed tantum per Vos illi 40. dies evadere possunt Vobis et Vestris dies salutis, redemptionis a peccatis ac debitis; ab ignorantia et pravitate. Et in specie

1) Ostendite fidelibus Vobis concreditis viam ad libertatem filiorum Dei. Inchoate

a peccatorum fœditate. Depingite eorum *servitutis* detestabilem statum. In aures etenim cujusvis Vestrum Mater Esia in Officio div. diriget vocem Altissimi: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum. Jsai 58.* Discutite eorum conscientiam, ac varias peccatorum species, tristissimas eorum sequelas- et post haec dolorem pro delictis elicite erga Miserantem, qui *Joelis c. 20.* per Esiam peccatores aflatur: *Convertimini ad me in toto cordo vestro, in jejunio et flectu et planctu. Et scindite corda vestra.* Perducite ad mare erubescentiae et lachrymarum. Post fletum et planctum ad firmum ducite propositum peccata deserendi, occasiones fugiendi, tentationes eludendi, scandala reparandi, damna, laesiones resarciendi, eleemosynas elargiendi, jejunio se ad placandam div. justitiam castigandi. *Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus congitationes suas et revertatur ad Dominum. Isai 55. Frange esurienti panem tuum et egenos vagosq. induc in domum tuam ... Isaiae 58.* Instruite de modo ac necessitate confitendi; de V. Conditionibus Sacramenti Poenitentiae, de ubertate Communionis gratiae *) ac de cautissima post epulas caelestes conversatione, de perseverantia in conceptis propositis **) Tam ante, quam post confessionem et Communionem fidelium paschalem, *verba*, pro opportunitate temporis facite, *preciunculasq.* aut Ipsimet aut per alios dicite congruas.

2) Postquam se populumq. cineribus *causa proferendae humilitatis atq. promerendae veniae*, ut Oratio 2. bened. Ciner. habet. poenitentiae mancipaveritis, atque decreto damnationis: *Memento homo! quia pulvis es, et in pulverem reverteris...* mortem instantem ac necesitatem continuae vigilantiae in memoriam revocaveritis, ipso jam die Cinerum ad inchoandam pœnitentiam, ad jejunium 40. dierum stricte servandum, ad devotiones frequentandas provocate, praeprimis hisce temporibus, quibus a tot hostibus affligitur Ecclesia Dei, Vicarius Christi, &c. templa, sacerdotes, opulentiores a furibus spoliantur. *Convertimi ad me .... in jejunio... Joel 2.* Punitor caelestis clamitat. *Ducite in desertum*, ubi penuria carnium, epularum, chorearum, parcitas ciborum et potuum; ubi pericula, luctamina... Praedicate jejunium quoad *qualitatem et quantitatem;* quoad *scopum* multiplicem, quem inter alia Praefatio quadrag. recenset; quoad *effectus* e. g. in Ninivitis, &c. saluberrimos; aut quod jejunium in cibo ac potu inebriante non solum sanitatem corporis, castitatemque promovet, sed et corpus mentemque ad exequenda quaevis officia expeditiorem reddit promptioremq. S. Hieronymus dicit: *Mater sanitatis est abstinentia, aegritudinis voluptas.* Quem non lateat, finem sco-

---

*) Fideles illico post peractam confessionem, præprimis libellis precatoriis instructi, ad mensam Domini accedere verentur, donec meditationes et preces congruas absolverint... quare communio sacra non statim, expedito in Tribunali sacro pœnitentium agmine, aut post unius alteriusve confessionem, distribenda venit, sed primum interposita aliqua mora, qua pœnitentes devotionem ante Communionem persolvere valeant.

) Ecclesia sancta pro omni Quadragesimæ feria destinaverat **Epistolam et **Evangelium** non alium in finem, quam ut populo fideli perlegerentur et explanarentur. Huic saluberrimo fini congruenter Ven. Clerus tali similiter non deerit officio.

pumque cibi potusque sumendi esse, vires restaurandi, sanitatem conservandi, et majorem ad virtutem aptitudinem comparandi? Quem latent verba Salvatoris de jejunii virtute grandi, expellendi daemonia *Math. 17. 20.* si cum oratione conjungatur? aut encomia eidem, orationi quoq. non minus, quam eleemosynae, per ipsum Archangelum Rafaëlem *Tob. 2.* attributa, nimirum, quemque illorum cultorem majores quam auri recondere thesauros? Et illis, quibus gratia dispensationis impune frui licet, necessitatem compensandi eam aliis piis operibus: precibus, eleemosyna, incultate. H c in puncto ut verbis breviores simus, ad relegendas Ordinationes Coales I. de A. 1850. et II. ex A. 1851. I. ex A, 1853. item Praesid. de I. Feb. 1849. N. 53. ex A. 1864 et 1865. per praesentes inviamus. *)

3) Fratres in Xto Dilectissimi! ducendo populum in jejunio, labore et devotione, in lavacro pœnitentiae per mare rubrum ac desertum ad regionem ubertatis, salutis, imitamini Mojsen porro qua mediatoren Deum inter ac populum. Quotidie pro ipso intercedite, hostiasq. placabiles offerte. Esia a Vobis expectat id, quod legitis in Breviario fer. 2. infr. I. Dom. Quadr. *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini et dicent: Parce Domine! parce populo Tuo et ne des haereditatem Tuam in opprobium.* O Fratres Venerabiles! exhibeamus haec actibus, quae Hymnus Esiae pro Quad. ad Matut. in os nostrum ponit: *Utamur ergo parcius verbis, cibis et potibus, somno, jocis et arctius perstemus in custodia. Vitemus autem noxia, quae subruunt mentes vagas; nullumq. demus callidi hostis locum tyrannidi. Flectamus iram vindicem, ploremus ante Judicem, clamemus ore supplici, dicamus omnes cernui: Nostris malis offendimus Tuam Deus! clementiam: effunde nobis desuper Remissor indulgentiam... Laxa malum, quod fecimus; auge bonum quod poscimus; placere quo tandem Tibi possimus hic et perpetim.*

4) Ne *sal*, quo condiendi sunt homines, *infatuetur*, **Recollectiones**, sive **Meditationes** ante Confessionem paschalem instituite, quibus obfirmati, Confessione purgati ac justificati pascha cum animi gaudio manducare valeatis. Hoc saluberrimo in exercitio adhibete jam Psalmum **„Miserere“** ad poenitentiam flectentem, Ao **1865** in usum Ven. Cleri typo impressum; **„Memoriale vitæ sacerdotis“ Meditationes** super Decalogo sub titulo: **„Die X. Gebote Gottes.** Zehn Betrachtungen als geistliche Übungen für Priester v. Brand Höllrigl.“ Wien 1863 — penes Libr. D. Sartori pretio **70** x.

5) **„Matutinum tenebrarum“** &c. juxta Ecclesiæ Rubricas solemniter in templo persolvite... ac Ritus Hebdomadis sanctæ praevie populo illustrate.

Transacto sic mortificationis emendationisque tempore cum laetissimo Alleluja non solum Resurrectionis Salvatoris Nostri memoriam, verum suam quoque e peccatis **resurrectionem** parochiani una cum Pastore exultantes celebrare... ac **viriditatem** animae suae sub reflorescente natura externa, seu tellure, gaudentes conspicere valebunt.

Tarnoviae die S. Agnetis 1866.

---

*) In his Ordinationibus Parochi respectivi, qui causas proferre valent canonicas, a Peril. Decanis, et h ab Ordinario jubentur expetere dispensationis gratiam.

N. 2776 ex a. 1865.

C. Pastor ducit.

„Duc populum istum... Angelus meus præcedet te". Exod. XXXIII. 34.

(Juxta Pastoral. Claris. Amberger t. III. elaboratum a quodam Presbytero.)

Continuatio ad Cur. XXII. 1865.

Quibus viis, quibus mediis, ærumnisve Mojses duxerit populum Israel ex Egypto et in deserto, abunde paginæ sacræ pandunt. Qualem et quomodo Archangelus Raphael Tobiæ juniori ducatum felicissimum præbuerit, itidem Codex sacer præ oculis ponit. Utinam similis Clerum Nobis Dilectum sollicitudo in gregem suum animaret!

Rex, Dux bellicus, milites in arte militari exercitatos (inde *exercitus*) in aciem ducit adversus hostem, dirigit impetus, insidias detegere satagit, jam exhortando, jam concitando proelium dirimere victoriamque reportare omnibus adlaborat viribus. Aut pastor gregis non **vigilat** solum, verum gregem ad pascua quoque **ducit** gramine referta et fontibus ubera nec non contra lupos et infectionem secura... dirigitque eum in pascuis ipsis.

Adinstrar regis, ducis aut gregis pastoris Pastor Curatus constituit se in fronte commissorum sibi a Domino, ducturus ipsos ad pascua opima; dirigit *corda* et *corpora* eorum, *sensus, sermones* et *actus* in *lege* Domini... ut eos extremo in judicio salvos sistere valeret Pastori supremo.

Ecce scopus muneris ejus *regalis*, a Rege utpote regum concrediti, ut demum ad Regem ejus ope pertingat ipse una cum grege toto. Ad hunc finem feliciter assequendum omnia *ordinaria* et *extraordinaria media**) adhibeat. Diu noctuque cogitatus et actus dirigat ad gregem salvandum; oret ac laboret. Vigil ducat fideles in tramite justitiae, a terra sursum ad coelos, qua peregrinantes ad patriam aeternam, per fluctus maris hujus vitae ad portum pacis sempiternae.

Pastor Curatus *ducit* natos, peccata originali infectos, e prætorio inferi, semoto Cherubim cum flammeo *gladio atque versatili, ad custodiendam viam ligni vitae collocato* ad *hortum paradisi*, Gen. III. 24. in ecclesiam, ubi plantata cernitur arbor vitæ, cum 7. ramis poma salutis ferentibus. Lavacro salutis ablutos et veste nuptiali indutos... adscribit gregi fidelium, gratiæque divinæ commendat, curæ suæ et coetus committens.

Pastor Curatus *ducit* adultiores in præliando cum hoste publico et privato nedum fortes ad Sacramentum *Confirmationis*, quo signati et scuto militari desuper exornati sub regimine suo pugnam continuo pugnare valerent.

Pastor Curatus *ducit* neo-sponsos, rite de matrimonii dignitate et conjugum officiis instructos ad Altare, ubi sponsione seu juramento ad mutuam charitatem, fidem et æsti-

---

*) Ad extraordinaria media referuntur Missiones; exercitia spiritualia, devotio 40 hor. concionibus referta... Jubilaeum..

mationem ligati gratiaque sacramentali repleti, habiles redderentur ad explenda mutua erga se officia, simulque ad illa, quæ exinde pullulant erga sobolem... serius sibi datam et erga responsabilitem concreditam. Hos, totamque familiam memoriæ suæ infixos tenet.

Pastor Curatus *ducit* in *Tribunali* sacro fœdifragos, paradiso indignos, qui reatus rite confitentur, detestantur, reconciliationem impetrant, ad satisfactionem parati. *Ducit* in detegendis peccatis, eorum numeris et circumstantiis, in elicienda contritione, in reassumendis propositis firmis ac remediis contra relapsum &c.

Pastor Curatus *ducit* ad *mensam Domini*, esurientes, e pravitate infirmos... repletque Angelorum pane ad novam vitam, ad novum certamen.

Pastor Curatus *ducit* e suggesto sacro... præbens verbum vitæ et ostendens rectam ad patriam cœlestem viam.

Pastor Curatus *ducit* suos non solum tunc, quando lubet, verum *ducit* quoties opus, exiens *primo* mane, circa *tertiam*, *sextam*, *nonam*, *undecimam* ad forum, et otiosos conducit, ac *ducit* ad vineam, in qua labore promereantur *denarium* appromissum.

Pastor Curatus *ducit* fonitu campanarum ad devotionem publicam, *ducit* sub ipsa devotione — *ducit* ad et sub Catechisationibus.

Pastor Curatus *ducit* in schola, *ducit* in aedibus... in viis et campis.

Pastor Curatus *ducit* Dominum ad aegrotos, *ducit* eos sub ultimis momentis, ad litus maris in via transmigrationis ex hoc vitæ curriculo.

Pastor Curatus *ducit* fidelium turmas ad et in processionibus per et ad cœmeteria, cantando, benedicendo et meditando de sorte futura, quod dum „tuba mirum sparget sonum per sepulchra regionum"... excitatus ducem præbebit turmis resuscitatis... ad judicium extremum.

Pastor Curatus *ducit* eos, qui emiserunt spiritum, ad locum longioris quietis, terræque mandat et misericerdiæ divinæ cemmendat... sibi et præsentibus in memoriam revocans decretum acerbissimum: *Memento homo! quia pulvis es et in pulverem reverteris.*

Pastor Curatus *ducit* seu gerit libros matricales in fidelium emolumentum; documenta et acta et procesus in Ecclesiæ et beneficii bonum.

Symbolum officii ductoris ad cœlum est pedum seu *baculus pastoralis* Episcopi, qui pastores gregesque ducit; Ejus ministri in officio ducendi sunt omnes Curati et Cooperatores in assignatis sibi diœceseos partibus.

Hæc manuductio e. g. verbo divino seu voce viva pro varietate parochiæ, loci, imo individui varie fieri debet. Unus inferius, alter altius spiritualiter constitutus cognoscitur; apud alterum hoc est malum radicale, apud alterum aliud; alteri deest scientia, alteri bona voluntas. Hæc illave homilia, S. Gregorii Naz. per se classica non esset ubiq. applicanda, nam sæpe uni nocet, quod alteri prodest. Nonnullæ herbæ animalia certi generis alunt, quæ alia occidunt. Eadem vox sibillans lenit equos, quæ exasperat canes. Idem medicamentum, quod certum mitigat morbum, alterum exaltat, — panis confortans adultum occidit infantem lactentem. Secundum auditorem accomodatur sermo arsq. in eo consistit, ut, dum quisq. necessaria imbuitur scientia, com-

munis tantem permaneat ædificatio. — „Quomadmodum periti medici ad medendum variis morbis corporis variis medicamentis utuntur, ita magister ecclesiæ cuique congruum praestabit medicamen doctrinæ secundum ejus ætatem genus et statum.“ Isid. Sevil. Sent. c. 43.

Perspicuum est, quod parochorum cura non sufficiet, si Cooperatores, imo magistri quoque scholarum ædificationem moralem qua scopum *primarium* suæ obligationis non existiment, omni spiritu charitatis Dei et proximi non impleantur ac vitæ temporalis bona ita nonnisi quærant, quin perdant æterna. Ad hæc omnia supremus pastor, Christus, non dedit nobis potestatem executivam hujus mundi, qua ipse in terris existens, non utebatur, dicens: *Discite a me*, *quia mitis sum et humilis corde.* Nostra ergo occupatio est mere spiritualis pastorq. animarum ducit gregem in spiritu et veritate. **Continuatio sequetur.**

Casus liturgici.

1) Quot *lumina* sub expositione Sanctissimi ardeant oportet?

Juxta Benedictum XIV coram Monstratorio saltem 12 et coram exposito Ciborio 6. ardeant. „Quoad luminum quantitatem in devotione 40 horarum serventur leges synodales, piæque ab Episcopis probatæ consuetudines. Ut tamen quid certi generaliter habeatur, ante Sacramentum publice expositum *sexdecim* ordeant lumina, nunquam vero minora *duodecim*,“ prout innuit s. Congr. Conc. instit. Eccles 30. §. 23.“ Ita legitur in **Manuali** Decretorum sacræ Rit. Cong. n. 1033.

Et **Instructio** praesid. de 17 Dec. 1845 N. 502 pro devotione 40 horarum ita sub d) eloquitur: „Nie zwykło jednakowoż przez cały przeciąg wszystkich świéc palić, dosyć jeśli się 6 lub 4 nieustannie palą; przy wystawieniu zaś podczas *Prymaryi*, *Wotywy*, *Summy* i *Nieszporów* resztę świéc zapalić trzeba.“

2) Sanctissimum sub expositione quando **velandum?**

Sub concione solummodo... **Manuale Decr.** N. 1028; Instructio praes. ex A. 1845.

3) Quando **pulsandum** et quando non, durante expositione? *Manuale Sacram.* N. 1029 ita reponit: „In missis praesertim quae extra Altare expositionis celebrantur, non pulsetur *campanula* . . . ad elevationem, cum enim Sacramentum sit patenter expositum, et in actuali omnium veneratione, non indigent fideles per *companulam* axcitari ad ejusdem specialem adorationem, vel quasi idem Sacramentum non foret, quod publice adoratur expositum. Datur tamen aliquod signum cum solita *campanula* in egressu Sacerdotis celebraturi e sacristia, ut fideles admoniti insimul sacrificio assistere valeant.

Nr. 1.

Piis ad aram suffragiis commendatur

Anima p. m. Relig. Patris Josephi *Cych*, Presbyteri Soc. Jesu, Neo-Sandeciæ die 21. Dec. 1865 post provisionem SS. Sacramentis, transacto ætatis 73 et Sacerdotii 40 an. curriculo demortui.



Currenda haec e Cancellaria Decanali *illico* expediatur.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 21. Jan. 1866.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1866.

Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.